



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber De Prudentia Ivstorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniae Agrippinae, MDCXIV**

Cap. VIII. De amoris munere, quod est Beatissima Virgo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](#)

filiis hominum, qui recesserunt à me?  
Fuerunt olim multi chorū canentium  
canticum Regis Pacifici, & cupiētum  
fortissimè adhērere mihi ligati funi-  
bus prioris charitatis meę: Nunc verò,  
rarò valdè, vñus è multis millibus re-  
quirit, vt par esset, formosissimam lu-  
cem, & suauissimam præsentiam meā.  
Ego vos deformes, abiectos, & ingra-  
tos amavi, & pro vobis sacrificavi dile-  
ctam animam meā: quare ergo, me de-  
corum supra omnem mundi pulchri-  
tudinem, excelsissimum supra omnem  
mundi gloriam, humanissimum supra  
omnem mundi mundanorum Regum  
clementiam, non amatis? Conuertimi-  
ni, salte in nunc ad me, & deposita cor-  
dis feritate mitescite: vt amor, qui om-  
nia vincit, pectora vestra hucusq; fri-  
gida, & obdurata, vitali calore dulcis-  
simi spiritus mei, & inæstimabili dele-  
ctatione commoueat.

## CAP. VIII.

*De amoris munere, quod est Beatif-  
sima Virgo.*

**D**VR INIMIS ESTIS Adæ filij, si filia  
Sion,

Sion, & prudentissima Virgo, quæ genuit me, ad amorem meum, nō inflamat pectora vestra. Quid enim non donavi vobis, quādo speciosam sicut columbā; & formosam sicut Ierusalē cōstitui mitissimam Reginam, & matrem vestram? Cādor ille purissimus, in quo lucet innocentia mea, quale saxum nō emolliat? Aspice Cœli Dominam, rubentem super flores roscarum, candamque super lilia conuallium, & admiramini pulchritudinem illam, quæ totius urbis sanctæ corda delectat, & quasi fluminis impetus latificat ciuitatem Dei. Et considerantes vos esse auctoratos in charissimos filios eius, ac dilectissimos fratres meos, amare ac desiderare me tandem incipite. An oculi illi misericordes, ad labores vestros semper conuersi, purissima castitate, & amoris suauitate præstantes, animas vestras non commoueant, & ad auctorem tantiboni nō cōeuertant? Ascendite ad me per scalam istam dulcissimæ charitatis gradibus constructam: ut mihi per illam coneiliemini. Considerate quantum apud Regem Salomonem

monem gratia valeat niue cādidiōr eius genitrix, quę astitit à dextris eius in vestitu deaurato: & tam ineffabilē decorē, totis visceribus, medullisque diligite. Hæc est mater nostra, dicite, per quam accessum habemus ad primogenitum filium eius. Ascendamus in palmarum, & colligamus suauissimū fructū, quo nutriamur, & exultemus à botris infinitæ consolationis eius. Odorami-  
ni filij mei, cinnamomum, & balsamū, cuius odore delectemini, & ad puros amoris mei affectus afficiamini, tracti catena dilectionis, è Reginæ Sion pulchritudine nascentis. Si tenerimæ genitricis meæ forma capiamini, per eā similitudinem introducemini ad diuinum decorem meum, in cuius aspectu luminaria Cœli magna tenebrescunt. Beati eritis filij, si filiam principis, per plateam Ierusalem, incessu graui gradientem, post quam multa millia Virginum lilia gestantium Regi afferuntur, contemplari, & amabilissima eius gratia trahi curetis. Ibi enim me tanquam in speculo purissimo lucentem videbitis: & (quod à vobis posco) charitatis.

ritatis meæ iaculis vulnerati amabitis,  
& ardebitis inextinguibili, ac dulcissi-  
mo incendio castissimi amoris mei.

## C A P. I X.

## De perfecto Discipulo Christi.

**I**LLE perfectus meus discipulus est,  
charissimi filij , qui abnegato pro-  
prio iudicio, nihil se scire existimans,  
mitissimo corde versatur in schola  
mea , audiens quid loquatur in ipso  
Dominus Deus, & certò cōfidens, quia  
loquetur pacem in plebem suam. Non  
disputat,nec speculatur ; sed pro omni  
ratione fortissima, sufficit ei voluntas  
mea, in cuius executione , disciplina  
pacis posita est. Non ratiocinatur, nisi  
quod necessarium est, donec agnoscat  
quid velim ego : & statim redigit in  
captiuitatem intellectum , omnem sa-  
pientiam suam constituens in simplici  
adimptione dulcissimi mandati  
mei. Sicego , amore infinite, pro-  
tego eum , & per terram desertam  
deduco, quemadmodum deduxi, si-  
cut

L 4

